Datur omnibus de populo, & heredibus, non jure hereditario. 5. §. *f. h. junct. L.* 7. *& f. de pop. act.* S

Adverſus inhabitatorem, vel ædium Dominum: ſed P
non contra heredem 5. §. *f.* Ad pœnam X. aureorum. 5. O
§. 6.

# DE NOXAL. ACTIONIBUS. IX. 4.

ACtiones *NOXALES, vide Thomæ tr. de nox. animal. c.* 10. D
ſunt, actiones perſonales, novâ qualitate auctæ, quæ dantur ex privatis ſervorum delictis, adverſus illorum dominos, ad hoc, ut vel litis æſtimationem ſolvant, vel ſervos illos noxæ dedant. §. 4. J. *h. L.* 19. *pr.*

Competunt propter juris diſpoſitionem, & ſervorum delicta privata. §. 4. *I. L.* 2. §. 1. 1. *pr. h.* 17. §. 18. *de ædil. Edict. propter* 6. *C. de judic. L. f. C. h. Fr. h. n.* 9. Ex ſervorum contractu datur actio de peculio. *tit. de pecul.* Ob delicta publica ipſi accuſantur. 12. §. *f. de accuſ.* 2. *C. eodem.* C

Dantur omnibus illis, quibus ex dictis delictis directæ actiones competunt, exceptis ſolis ſervorum dominis. §. 6. *I.* 37. S

Adverſus eos, qui tempore actionis movendæ ſervorum noxiorum ſunt domini, vel illos dominorum opinione poſſident. 11. 12. 18. 22. §. 1. (Noxa enim caput ſequitur. §. 5. *I. L.* 7. *pr h.*) vel qui dolo malô illos poſſidere deſierunt. 12. 21. 24. 26. Contra b. f manumiſſum dantur directæ actiones. Si dominus conſcius & ſimul reus fuerit, datur etiam directa actio contra eum in ſolidum. 4. §. 2. *&* 3. *h. L.* 2. *& LL. ſeqq. NON* dantur contra parentes propter delicta filiorum, §. *f. I.* ipſi enim filii conveniuntur ex privatis delictis, actio autem judicati datur contra parentes peculiotenus. 3. §. 11. *L.* 35. *de pecul.* P

Dominus condemnatus vel litis æſtimationem ſolvit, vel ſervos noxæ dat. 1. *h.* 6. §. 1. *de re judic. pr. I. h. propter* §. 2. *I. h.* 7. §. 1. *de damn. infect.* Servus noxæ deditus ſe ipſum luere poteſt. §. 3. *I.* E

*HODIE* horum nullus uſus: nam ex famulorum delictis extra officium domini non obligantur. 3. §. 2. *L.* 7. *pr. naut. caup. ſtab.* 1. §. 5. *de publican. Stamm. de ſerv. perſon. lib.* 2. *c.* 14. *Vbi tamen limitat. vid. Bach. de act. D.* 8. *th.* 18. *in fin.* Ex delictis illorum circa officium domini tenentur, ſi in eorum electione culpam admiſerint. 1. *C. ad L. Jul. repet. L.* 27. §. 9. *ad L. Aquil. L.* 11. *locat. L.* 1. §. 5. *fuit: adverſ. naut. caup. ſtab. Carpz. p.* 4. *c.* 17. *D.* 13. 14. *Mevius lib.* 3. *tit.* 8. *art.* 1. *n.* 26. *vid. Stamm. d. tr. lib.* 2. *c.* 14. 15. 16. 17. In

# FINIUM REGUNDORUM. X. 1.

IN hoc libro X. proponuntur actiones mixtæ partim ex jure in re, partim ex obligatione deſcendentes. §. 20. *I. de act. Fr. exerc.* 13. *q.* 3. *Bach. V.* 1. *D.* 19. *th.* 1. *lit. d.*

Actio finium regundorum eſt, qua propter terminorum confuſionem agitur inter illos, qui confines habeant agros, ad illorum fines diſcernendos & declarandos, nec non ad D